

MARTYROLOGIUM. REGULA SANCTI BENEDICTI. NECROLOGIUM

Stams, 14. Jh. Seite 91r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

faciens. quia quantum prelatus est ceteris: tantum eum opo-
tet sollicite obseruare precepta regule. Qui prepositus si re-
pertus fuerit uiciosus. aut elatione deceptus superbie. aut
contemptor sancte regule fuerit comprobatus: ammoneatur
uerbis usque quater. Si non emendauerit: adhibeatur ei correp-
cio discipline regularis. Quod si neque sic correxerit. tunc
deiciatur de ordine prepositure: et alius qui dignus est. in lo-
co eius subrogetur. Quod si et postea in congregacione quie-
tus aut obediens non fuerit: etiam de monasterio expellatur.
Cogitet tamen abbas se de omnibus iudiciis suis deo reddi-
turum racionem: ne forte in uidie aut zeli flamma urat
animam. De hostiariis monasterii. Capitulum lxxxvii

Capitulum 66.

Ad portam monasterii ponatur senex sapiens. qui
sciat accipere responsum et reddere: cuius maturitas
eum non sinat uagari. Qui portarius cellam debet habere
iuxta portam. ut uenientes semper presentem inueniant
a quo responsum accipiant: et mox ut aliquis pulsauerit
aut pauper clamauerit. deo gracias respondeat aut bene-
dicat: et cum omni mansuetudine timoris dei responsum
reddat festinanter. cum feruore karitatis. Qui portarius si
indiget solacio: iuniorem fratrem accipiat. Monasterium
autem si potest fieri. ita debet construi: ut omnia necessaria.
idest aqua. molendinum. ortus. pistrinum. uel artes diuer-
se intra monasterium exerceantur. ut non sit necessitas mo-
nachis. uagandi foras: quia omnino non expedit animabus
eorum. Hanc autem regulam uolumus sepius in congre-
gacione legi: ne quis fratrum se de ignorancia excuset.

+ Diuisio.

De fratribus in uia directis. Capitulum lxxxviii

Capitulum 67